buzardan: ſic habet i fine Re. Ter/
tio reedificati ſt p Neemiā ꝛ deſtru/
cti ſt poſtea ab anthiocho rege ſyrie:
ſic habet i. Macha. i. Quarto Judas
machabe᷒ reedificauit eos. vt habet
i. mach. iij. Quito reedificauerūt eos
reges iudee alienigene q̃s p᷒ea adri/
an᷒ eqſtris penit᷒ deſtruxit Caſ. dul
ciſſim᷒ nimis emanauit pſalm᷒ iſte de
amaro ꝯpūctōis fōte deſcēdens. Sꝫ
qd lachrymaꝝ iſraeliticū populū tūc
ꝯfudiſſe credam᷒: vbi tanta afflictōe
plāgebat pnceps? Quis eni illo flēte
nō fleret? Quis illo dolēte ñ gemēt?
qñ ꝓiecto diademate rex cinerē ge/
ſtabat i capite: can᷒ cunē nō etate No
luit ei ſe videri forinſec᷒ ornatū. q ſe
int᷒ nouerat eē fidiſſimū Hinc eſt ꝙ
dū in hoc libro ſeptē pſalmi peniten/
tiū eē doceant: ecclaꝝ vſu receptū eſt.
vt qties pctoꝝ venia petit: p iſtū ma
gis dño ſupplicet Nec īmerito. qm in
nullo pſalmoꝝ q penitētib᷒ maxie ne
ceſſari᷒ ē tāta virtutis hūilitas inue
nit. vt rex potens. ꝛ in ꝓphetali cul/
mine ꝯſtitut᷒. tanq̃ extrem᷒ hominuꝫ
ſua feſtinauerat pctā deflere. Deinde
q: poſt abſolutōis ꝓmiſſionē tāta ſe
ꝯſtrinxit neītate lachrymaꝝ q̃ſi ei mi/
nime fuiſſꝫ ignotū. Nō eni hic vt i ce
teris penitētialib᷒ pſalmis alıqd diffi
cile dr: q̃le ē illud qđ in vi. pſalmo dr
Lauabo p ſingulas noctes ⁊c. Nec il
lud qđ in xxxi. ps᷒. dr. Grauata ē ſup
me man᷒ tua: ꝯuerſus ſum i erumna
mea dū ꝯfigit ſpina. Nō illud qđ in
xxxvij. ps᷒ ait Cōputruerūt ꝛ corru
pte ſt cicatrices mee a facie īſipiētie
mee. Nec illud qđ i ci. ps᷒. dicit: quia
cinerē tanq̃ panē manducabā. ꝛ poculū
meū cū fletu miſcebā. Nō illud qđ in
cxxix. ps᷒ dr. De pfundis clamaui ad
te dñe. Sꝫ dauid rex a ꝓpha corrept᷒
et pctī ſui agnitōe pterrit᷒: petit a cle
mētiſſimo iudice. vt p miam ipſi᷒ ab/
lut᷒ ſordibus oīm pctoꝝ reddat oīo
mūdiſſim᷒. Qm vo ꝓpha dauid puı/
debat ſeqntes populos p iſtū pſalmū
copioſiſſime pnie remedia petituros.
merito ſcā mr eccia elegit hunc ps᷒.
freqnti meditatōe a fidelib᷒ in orōni
b᷒ ſuis iterari. Hui᷒ āt pſalmi nūer᷒
nō vacat a myſterio: ptīet ei ad annū
iubileū. q apud hebreos ꝯtract᷒ vete/
res obligatōes qꝫ ſoluebat. quē i leui
tico dñs ānum remiſſiōis vniuerſos
habitatores terre vocare pcepit Sic
et ps iſte calculo qnqgeno ꝯſtitut᷒ ſi
corde puro dicat: delicta diſſoluit: chi/
rographū nr̄e obligatōis euacuat: et
nos a debitis pctoꝝ tanq̃ remiſſiōis
ann᷒ preſtāte dño reddit puriſſimos
Hie. Nos igit dñe ieſu xp̄e famuli
tui ſupplices depcamur. vt pietatis
ꝯſilio magnis facinorib᷒ nr̄is imēſaꝫ
miam largiaris. atqꝫ p ꝯtritōeꝫ cordis
hūiliati mactādo vicia: iugulādo deli
cta: dignū tibi ꝛ acceptabile de nobis
ppares olocauſtū: q cuꝫ pr̄e ꝛ ſpū ſcō
viuis ꝛ regnas de᷒ p oīa ſe. ſe. Amē.

# Quid gloriaris

Titul᷒. i finē. itellect᷒ dauid
cū venit doech idume᷒ ꝛ annūciauit
ſauli ꝛ dixit ei. venit dauid i domum
abimelech Hie. de hac ānūciatōe ha
bet. i. Re. xxij. ꝙ cū ſaul turbat᷒ ēēt
ꝙ dauid euaſiſſet man᷒ ei᷒ ꝯqreret de
ſuis ſuis tanq̃ fautorib᷒ dauid. Iſte do
ech dixit ſauli ꝙ viderat dauid i do/
mo abimelech ſacerdotis: ꝛ ꝙ dede/
rat ei panes ꝛ gladiū golie: adiūgens
falſū ſic mod᷒ ē detractoꝝ. ſcꝫ ꝙ abi/
melech ꝯſuluiſſꝫ ꝓ dauid deū. ꝓpt qđ
ſaul irat᷒: iuſſit ſacerdotes. vxores et
paruulos eoꝝ interfici. ꝛ ciuitatē eo
rū deſtrui. Cui᷒ iuſſiōis doech cū ſu/
is ſatellitib᷒ fuit executor vt ibidē le
git Hier. Per ſaul mors itelligit: p
dđ vita. qđ eſt ꝙ ſaul pſequit dđ: niſi
ꝙ ab initio ſeculi ſp mors pſequit vi
tā noſtram. q: q iſta preſentia amant:

pſequũtur ſanctam eccleſiã .i.illos q̃
celeſtia diligũt Au. Agitur eĩ in h
pſalmo de duob⁹ generib⁹ hominum
vnũ laborãtium:alter᷑ inter quos la/
borat.vnũ de terra:aliud de celo co/
gitãtiũ. Genus vero bonorũ aut pro
pheta alloquit gen⁹ malorum dicens
Quid gloriaris ĩ malicia. Hic.
Quaſi dicat.hec eſt peſſima glo/
ria:q᷑ ꝓpria eſt eorum qui peccant ex
certa malicia.de quib⁹ dicit Prouer.
i. Letãtur cũ male fecerint .ꝛ exultãt
in rebus peſſimis qui potẽs es ini/
q̃tate .i.ad q̃d gloriaris ꝙ potes op
primere innocentẽ ꝛ ꝓximum. Pri/
mo igit arguit ipm de mala volũta/
te:ſcd̃o de mala ptãte:tertio de obſti/
natione in malum:cũ ſubiungit Au.
Tota die. id ẽ toto tpe ſine laſſitu/
dine:ſine interuallo:ſine pauſatione
iniuſticiã cogitauit lingua tua. Hu.
Lingue nõ ẽ cogitare:ſed cordis.vñ
ĩ ꝯiunctõe iſtorũ:ſcȝ cogitauit lingua
notat ꝙ tã cito cogitat:tã cito loquit.
ſicut dicit Eccl. xxi. In ore fatuorũ
cor illo᷑. Tranſlatio hebraica habet
Inſidias cogitauit lingua:ꝛ hãc lin/
gue cogitationẽ ꝑduxit ad actũ: quia
ſicut nouacula acuta feciſti doluȝ.
Ecce q̃d faciũt ſanctis mali Hier.
Nouacula ꝑſecutores intelliguntur
Sicut ergo nouacula q̃ſi inſenſibilit
tollit capillũ Sic ꝑſecutores doloſe
auferunt ſanctis bona tpalia ſupflua
Per capillũ enĩ ſupfluitas diuitiarũ
intelligit Au. Illi eĩ q̃ adherẽt co/
de deo:ſic hñt iſta terrena tanq̃ capil
los:q᷑ contemnunt oĩa preſentia bo/
na:inſup ꝛ iſtam vitã Hu. Et q᷑ ꝑ/
ſecutores bono᷑ exultãt in reb⁹ peſſi
mis. Ideo ſubiungit Dilexiſti mali/
ciã. nõ deſerit malũ qui ipſuȝ diligit
ſup benignitatẽ. Ecce pc̃m ĩ ſpũȝ
ſanctuȝ Unde apoſtol⁹ ad galath.v.
Fructus aũt ſpũs benignitas iniq̃/
tatẽ. videlȝ inique loqui indiſcrete ꝛ
doloſe. magis q̃ȝ loqui equitatem.
Caſſ. Plerũq̃ȝ hoĩes qui peccata fa
ciunt:ipſi per decorẽ compoſite locu
tionis:ſe abſcõdunt.nolunt in ſe de/
prehendi q̃ norunt generaliter ab oĩ
bus dãnari. Dilexiſti omnia verba
precipitatiõis. Hu. Uerba precipi
tatõis dicũtur verba adulationis.vñ
Iſa.ix. Erũt qui beatificant populũ
iſtũ ꝛ qui beatificant precipitati. Id ẽ
Uerba precipitatiõis ſunt verba de
tractiõis.vnde trãſlatio hebraica hȝ
Dilexiſti oĩa verba ad deuorandum
Detractores dicũtur ſuis ꝟbis frau
dulenter deuorare bonos. vñ in alio
pſalmo dĩ. Qui deuorãt plebẽ meaȝ
ſicut eſcam panis: et hoc facit lin/
gua doloſa. Au. Miniſtra fallacie ẽ
lingua doloſa:aliud corde cogitãtiuȝ.
aliud ore ꝓnũciantium.ſed in his ſb/
uerſio Propterea de⁹ deſtruet te in
finem. etſi mõ videris ſtare ꝛ flore.
tanq̃ȝ fenũ in agro deſtruet te deus:
qñ dicet. Ite maledicti in ignẽ eťnũ.
et q̃uis fixeris ĩ amore mũdi radicẽ
cordis Hu. Tñ de⁹ euellet te. δ fe
licitate tpali ĩ q̃ ꝯfidebas et emigra/
bit te .i.emigrare faciet te δ tabna
culo tuo .i.ab hac vita aĩam a corpe
auferendo et radicẽ tuã .i.malã vo
lũtatẽ tuã.ex qua ꝓceſſit malicia tua
euellet de terra viuentiũ. Caſſ.ple
na ingens formidoloſa dãnatio de ſo
cietate ſcõ᷑ euelli.ꝛ ĩ perpetuis igni
bus mancipari Ni. Deinde ponitur
vtilitatis ꝯſequentia.q᷑ iuſti vidẽtes
punitionẽ iniquo᷑ ex hoc firmantur
magis in bono.ꝛ ꝯtẽnũt ꝓſpitatẽ ma
lo᷑.vnde dicit Uidebũt iuſti ĩtelli
gẽdo nũc dãnationẽ malo᷑ et time
bũt. magis offendẽ deũ q̃ȝ ãte. ꝛ ſup
eũ ridebũt. ꝯtẽnentes ei⁹ ꝓſperitatẽ
ꝓteritã Aug⁹ Intelligam⁹ ꝛ diſcer/
nam⁹ duo iſta tpa ſatis vtilit timendi

et ridẽdu. Quãdiu enim ſum⁹ ĩ hoc ſe/
culo nõ dñ ẽ ridẽdũ ne poſtea plore/
mus Juſti ãt q̃ viuũt modo ex fide
intelligũt ꝙ dãnãdi ſunt mali. ꝓptẽa
timẽt ꝛ ſibi. Quid ei ſũt hodie ſciunt.
quid futuri ſit cras neſciunt. Quia ꝗ
nũc ad maloꝝ imitationẽ labi poſſũt.
hinc habẽt formidinẽ. Quãdo ãt ride
bũt? Cũ venerit dies nr̃ .i. manifeſta/
tio chr̄i ad iudiciũ tc̄ iuſti ridebũt ſu
ꝑ dãnatiõe maloꝝ. Gre. vi. moraliũ
Jllic nõ habẽt ↄpaſſionẽ. ꝙ dãnatis
tũc ꝓdeſſe nõ poſſũt. Aug. Tu cor/
rige reatum, et gaudebis ad iudicez.
Hodie enĩ hortatur te ne iudicet te.
cũ aũt venẽit iudiciũ tp̃s: correctiõis
locus ñ erit: ſꝫ tm̃ dãnatiõis. Erit ibi
pñia ſed ĩfructuoſa ꝙ ſera. tũc dicẽt
Juſti. Ecce hõ q̃ ñ poſuit deũ adiu/
torẽ ſuũ. ꝑ bõa mẽita. Sed ſperauit
in multitudĩe diuitiaꝝ ſuaꝝ. Caſſ.
Diuitias hic: vniuerſas pompas ſe/
culi accipe debem⁹: in quib⁹ iſti ſeculi
amatoꝛ ſpẽ et fiduciaꝫ poſuit, et ideo
dãnatus ẽ. Hier. Sꝫ nũq̃d tãtũ ma
lũ ſit diuitias hr̃e. tãtũ vt de iuſto habe
ant et deo grãs referat q̃ eas dedit?
Nõ. Sed malũ ẽ ſpeꝫ in diuitijs ponẽ.
cũ ĩ alio pſ⁰ dic̃. Diuitie ſi affluãt no/
lite coꝛ apponere. Diuitias licꝫ habẽ
ad nc̃itateꝫ. ꝛ ñ licet poſſidẽ ex amo/
re. Nã abraã ꝛ reliqui boni diuitias ha
buerũt. ſed ſpẽ in eis nõ habuerunt.
Sequit̃. Et ꝓualuit. Nic. Ad tp̃s
in vanitate ſua. ꝙ ꝓſpitas ei⁹ trã/
ſiuit velut vmbra. Aug. Quid ei va
ni⁹ eo q̃ putat pl⁹ hr̃e nũmũ q̃ꝫ deum?
Ergo h̃ genẽ maloꝝ dãnato: q̃d di/
cis d̃ te o corp⁹ chr̄i? Ego ãt ſic̃ oliua
fructifera in domo dei. Nic. Per
oliuã fructiferã hic ĩtelligit̃ oleũ q̃d
de fructu oliue exprimit̃. q̃ lucerne ĩ
domo dei replebãt̃. ſic̃ legit̃ leuitici.
xxiiij. Eſt igit̃ ſenſ⁹. Ego ãt ſic̃ oliua
fructifera. i. ſic̃ fruct⁹ oliue ẽ fomẽtuꝫ
lumĩs ĩ domo dĩ: ſic ĩnocẽtia mea lu
cebit corã d̃o. nec extinguet̃ ꝑ maloꝝ
nequitiã. Speraui nõ ĩ diuitijs ſic̃ genus
maloꝝ ſed in mĩa dei. Hie. Quia
hec nõ ẽ hũane fragilitatis facultas
vt ꝑ ſe q̃s ſaluus fiat: ſed ꝑ mĩaꝫ dei
in et̃nũ et in ſeculũ ſeculi. Nic. i. ñ
tm̃ ſpaui ĩ mĩa dei ĩ vita pñti, ſed ĩ vi/
ta futura. Cõfitebor tibi ĩ ſeculũ. i.
laudabo te. ꝙ feciſti mihi mĩaꝫ ĩ pñ
ti. ꝛ expectabo nomẽ tuũ. in futura
retributiõe iuſtoꝝ. Nomẽ ei⁹ ẽ ieſus
.i. ſaluatoꝛ. Caſſ. Nomẽ eius expe/
ctat. qui ſe ĩ iudicio dñi ſaluatoris ꝑ
mĩam ei⁹ credit eẽ ſaluãdũ. qm̃ bonũ
eſt. Aug. i. dulce et ſuaue. in cõſpe/
ctu. i. in iudicio et eſtimatiõe ſãcto
rũ tuoꝝ. q̃ ſcꝫ guſtãt ſuauitatẽ boni
tatis eius, ſicut guſtauerat btũs Ber
nard⁹ q̃ dicebat. Jeſ⁹ ẽ melos ĩ aure:
mel in oꝛe. et iubilus ĩ coꝛde. Nic.
Hoc tñ nomẽ in cõſpc̃u maloꝝ ñ eſt
bonũ, q̃ frequent̃ ꝟbis et factis blaſ/
phemãt ipm. Coll. Hoc nomẽ audi
re poſſũt et boni et mali. nõ ãt guſta
re niſi ſãcti. Et quãto q̃s ſãctioꝛ ẽ: tã/
to dulcius et ſuaui⁹ ſapit nomen dñi
in coꝛde ei⁹. Tãto etiã patiẽti⁹ ꝛ deſi
derabilius ipm expectat, vt tãdẽ vide
re mereat̃ q̃d amat. Nos igit̃ chariſſi
mi ↄſiderata iniq̃ꝝ ꝑditione: ꝛ bono
rũ ſaluatiõe. Rogem⁹ ſupplici mẽtis
deuotiõe dñꝫ deũ nr̃m vt ab oĩ dolo
liberi: ab oĩ iniq̃tate mũdati: merea/
mur plãtari ſicut oliua fructifera ĩ ci
uitate celeſti: vbi in trinitate pfecta
laudat̃ de⁹ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

# Dixit inſipiens

Titul⁹. Jn finẽ ꝓ amalech ĩ/
tellect⁹ dauid. Antiochus rex gre/
cie in tãtã inſaniã deuenit ꝙ negauit
verũ deũ. ꝛ captiuauit populũ iſrael.
et cepit ciuitatẽ hirl'ꝫ. et poſuit idola ĩ
tẽplo vt habet̃ ꝑmo machabeoꝝ. i. de

quā captiuitate fuit popul⁹ iſrael libera
tus p machabeos Fecit ḡ dauid hūc
pſalmū ꝯ hūc fatuū ī gē ad laudē dī
in directionē et cōfirmationē populi
Hug. Hic tāgit hiſtoriā q̄ h̄r ꝑmi
Regū xxv. ca. Ubi dr̄ ꝙ abſente da
uid amalechite irruētes in ſychelech
ꝑuā ciuitatē: (quā dedērat ei Achis
rex geth) expugnauerūt eā.⁊ vxores.
⁊ filios et aīalia dd̄ captiuātes.ſuccē
derūt ciuitatē Quod cū dd̄ reuertens
de exercitu achis cognouiſſet.ꝑſecu/
t⁹ ē amalechitas.q̄s ꝑcuſſit.⁊ oīa ſua
libērauit et ī duxit Hic āt ps agit n̄ d̄
hiſtoria iſta.ſʒ d̄ ſignato h⁹ nōis amal
lech Hier. Quod interp̄tat̄ dolēs ſiu
ue ꝑturiēs.⁊ ſignificat ecclīam corp⁹
chr̄i q̄ dolet ꝓ peccatis ſuis et alioꝝ.
⁊ ꝑturit filios ꝑ vbū p̄dicatiōis. ſicͭ
Apl's dic. Per euā ̄m ego vos genui
Caſ. Licet ei ps iſte magna ex ꝑte ſi
militudīs ꝯſuū xiij° pſalmo ꝯuenire
noſcatur Intellect⁹ ipoꝝ ꝙ̄ marie ꝑ/
mutatus ē:diuerſitate tituloꝝ Nam
cū ille hēat ꝓ titulo ps dd̄ Iſte cōu/
net In finē ꝓ amalech ītellect⁹ dauid
vt̄s.dictū ē.ita nō mutatis ꝯſib⁹ ali/
ud ille:aliud iſte ꝓnūciat eē vcͭuꝝ
Ille eī ꝯ iudeos ꝓmitit̄ Iſte ꝯ om
nes peccatores inſurgere genēaliter
iudicat̄ Ille de īcarnatiōe dn̄i.iſte de
aduētu iudicij in fine ps dicturus ē.
¶ Eccīa igit̄ multorum refrigeſcēte
charitate dolēs.ꝓplʒ cōmonet ꝑfidoꝝ
vt a ſuis iniq̄tatibus cōq̄eſcat.ne ī dī
na diſceptatiōe .i.iudicatione vel ar
gutiōe diſpereat. vn̄ ꝓpha in ꝑſona
eccīe genus maloꝝ increpās ait.

DIxit inſipiēs] cogitādo [i. cor
de ſuo] vbi ē de⁹? ſubaudit [nō
ē de⁹] Aug. Qui putat deo placē
facta mala.nō eū putat deū Si ei de⁹
eſt:iuſt⁹ ē Si iuſt⁹ ē:diſplicet ei iniuſti/
cia:diſplicet iniqtas.Cū dicis ī corde
tuo fauet iniqtatibus meis deus.nihil
aliud dicis ꝙ̄ nō ē deus Caſ. Erge
hūc inſipiētē ꝑ multiplices errores
potuiſſes aduertē.pluralē illi nume/
rū decēt adiūxit dicēs Hie. Cor/
rupti ſt̄] de lege bone nature [⁊ abo
minabiles] .i.odibiles [facti ſūt ī iniq
tatib⁹] ſuis Ni. [n̄ ē q̄ faciat bo̅m] .i.
meritoriū.q̄d fiēi n̄ pōt ſine fide ope
rāte bo̅m ꝑ dilectionē.lʒ aliqn̄ facerec
aliq̄d bonū de genē [n̄ ē vſq ad vnū
] Caſ. Hoc ē enī q̄d eccīa dolebat
vt ī tāta multitudīe ꝑditoꝝ n̄ ſit qui
poſſʒ opari. q̄d de illis tm̄ debʒ acci
pi q̄ ex religionē catholice fidei poſſ
ti ī obſtiatiōe deteſtabili ꝑdurant.de
q̄b⁹ inferius ē dictur⁹. Qui deuorant
plebē meā et reliq̄ Dn̄s d̄ celo ꝓſpe
xit] .i.d̄ vnoq̄q ꝑdicatore ſuo q̄s tāq̄
celū īſidet Hie. Proſpicit ds̄ ꝑ ſu
os ſanctos [ſup filios hoim] Caſſ.
Ut errātes nō ꝑderet:ſed pēitētes
pia cōfeſſiōe ſaluaret. Ad hūc finem
ꝓſpexit [vt videat] .i.videri faciat
vt icredul' ⁊ ꝑuerſis excuſatio tolle/
ret̄ Nic. [ſi ē intelligēs] ꝑ verā co
gnitionē [aut requirēs deū] ꝑ verā
⁊ bonā operationē Quales āt iuēti fu
erit ſbdit̄ Omnes decliauerūt] a re
ctitudīe iuſticie [ſimul inutiles facti
ſt̄] .i.inepti ad ꝓſecutionē vite bone
Sicut medicia dr̄ inutilis.q̄ ē inepta
ad cōſecutiōeʒ ſāitatis Hie [nō eſt
qui faciat bonū nō ē vſq ad vnum]
Null⁹ eī ex iſtis īplet volūtatē pr̄is
celeſtis Ni Un̄ ly vnū ponitur in
cluſiue vt ſit ſēſus.ꝙ nec vn⁹ talis re
perit̄ in eis Caſſ Nā ſi aliquē bonū
voluiſſʒ itelligi.nō dicēt vſq ad vnū
ſʒ p̄t vnū.hoc de illis dicit qui corde
durato in ſcelerato ꝑmanſere.ꝓpīto
Ni. Cōſequēt̄ pōit̄ pene d̄ēmiatio
cū dic. Nōne cognoſcēt oēs q̄ ope
rāt̄ iniq̄tatē] Caſſ Scilicʒ q̄ fideles
dn̄i laniare contēdūt:q̄ ꝯ mādata dei
viduas opprimūt.pupillos expoliāt:

de quib⁹ ſbdit Lq̄ deuorāt plebē meaꝫ
vt cibū panis⸣ Nic. i. ita delectanꝭ
in ſpoliatiōe ⁊ occiſiōe inocētū acſi
comederēt bonū cibū Caſ. Vel ita
in vſuꝫ habēt ꝑſeq̄ innocētes. ſic pa
nis ē cibus q̄tidiana comeſtiōe ꝯſide
rat⁹ Nec vacat ꝙ dic̄ plebē meā: vt
oſtēderet oīa ſupiora ſe dixiſſe ꝯ peſ
ſimis Nic. Qui vtiqꝫ ſciēt dei iuſti
ciā ꝑ pene inſtigē de expiētiā Aug.
Tūc ei ſciēt i pena: q̄d nūc ignorāt i
culpa. ꝙ oculos q̄s culpa claudit. pe/
na apit Nic. Vn̄ in pſona taliū dicitꝭ
Sap. v. Laſſati ſum⁹ i via iniq̄tatis ⁊
ꝑditiōis: ābulauimus vias difficiles:
viā dn̄i ignorauim⁹. Quid nob ꝓfuit
ſꝑbia nr̄a. aꝫ q̄d diciaꝫ iactātia ꝯtulit
nob: trāſierūt oīa illa tāq̄ vmbra. Et
ſubditꝭ ibidē. Talia dixerūt i iferno hi
q̄ peccauerūt De qb⁹ pccōib⁹ adhuc
ſbdit Deū nō iuocauerunt Aug:
Hoc quiſq̄ inuocat q̄d vult ad ſe ve
nire Nā cū dicis De⁹ da mihi diuiti
as: nō vis vt ipe de⁹ vēiat. ſꝫ vis vt di
uitie veniāt ad te Ergo iſti q̄ ꝓpt ſe
cularia cōmoda: q̄ ꝓpt ērena bona: q̄
ꝓpter pn̄tē vitā ⁊ terrenā felicitateꝫ
iuocāt deū: aut ſeruiūt deo: nō inuo/
cāt deū. Propt q̄d de illis ſeq̄ꝭ Lillic
trepidauerūt tiōre vbi nō erat tiōr
.ſ. iuſt⁹ Caſſ. Peccatores mūdi iſti⁹
in iſto ſeculo timēt ne adepta felici/
tate fraudēꝭ. ne diciis inuentis min⁹
ꝑfruanꝭ. ne adq̄ſitis priuenꝭ honori/
bus Hic ei viui formidāt amittē q̄ ſe
tn̄ norūt hūana cōditiōe relīquē Illa
ei nō cogitāt per q̄ veriſſimo timore
torquēdi ſūt. qn̄ illis erit flet⁹ et ſtri
dor dentiū Et vere ſciēt pccōres ꝙ
malū nō erit īpunitū Qm̄ de⁹ diſſi/
pauit .i. diſſipabit Loſſa eoꝝ Verſ⁹
iſte nō ē dict⁹ i tredecio pſal. ſꝫ nouiꝭ
hic ad cōfirmādū iudicij tp̄s appōiꝭ
De⁹ ei i futura diſceptatiōe ipoꝝ diſ
ſipat oſſa. i. obſtiatiōes duriſſimas q̄
rū nouit atrociter induruiſſe ꝯtumā.
Addidit q̄ꝫ Lq̄ hoīb⁹ placēt q̄d ſcele
ratoꝝ ſpēalit eē dinoſcitꝭ Iuſt⁹ vir ſi/
bi ſemꝑ diſplicet, dū carnis ſue vitia
celeſti cōſideratiōe caſtigat Mali ꝯo
amāt vn̄ pereāt: ꝯſiderāt vn̄ dānenꝭ
Hu. Sꝫ nōne bonū ē hoīb⁹ placere
ſm̄ illō eccī. viij. Frue magnatis ſine
querela. Vnde Exodi. ſecundo. et
Danielis ſecundo. legitur ꝙ Moy/
ſes et Daniel fuerūt amici regū Itē
dic̄ Apoſt. pma ad Cori. x. Ego ꝑ oia
hoīb⁹ placeo. Solutio Bonū ē placē
hoīb⁹ ad illiciēdū eos ad bonū. ⁊ ſm
h̄ intelliguntꝭ autoritates p̄dicte Ma
lū āt ē placere eis ꝑ inani glīa. ⁊ ſic in
telligitꝭ q̄d hic dicitꝭ: q̄ hoīb⁹ placēt. i.
placē appetūt ꝓpt iane glīaꝫ Secūda
pena maloꝝ expmitꝭ cū ſubditꝭ Lꝯfuſi
ſūt .i. confūdenꝭ ⁊ erubeſcēt: qn̄ eis
dicetꝭ Ite maledicti in ignē etnū Lqm̄
ds ſpreuit eos quia deū ſpreuerunt.
Spreuit āt de⁹ eos q̄s nō corripit:
ſꝫ ſinit eos currere ꝑ cāpos licentie.
Unde ſupra dixit. Auferunꝭ iudicia
tua a facie ei⁹ Seq̄ꝭ Caſſ Quis da
bit ſupple niſi tu dn̄e Vox eccīe cre
dētis ē: nō dubitātis Lex ſyō illa ce
leſti Lſalutare iſrael .i. ſalutē pplo fi
deli ꝑ fideꝫ verā deū vidētu Lcū con
uerterit dn̄s captiuitatē plebis ſue:
exultabit Jacob ⁊ letabitꝭ iſrl̄ Ver/
ſus iſte futurā cōmemorat felicitateꝫ
qn̄ fideles dn̄i pleiſſima libtate gau/
debūt Et reſpice ꝙ i reſurrectiōe ge
nerali frequenꝭ Jacob pr̄iarcha iſra
el noiatꝭ: ꝓpt illud Jacob dilexi Eſau
āt odio habui Cōgrue ſi q̄dē dilect⁹
in tāta tp̄is cōmemoratiōe pōitꝭ vbi
ſine fine gaudetꝭ Intulit: ⁊ letabitur
iſrael Interp̄tari dixim⁹ iſrael vir vi
dēs deū. q̄d eccīe ſine dubitatiōe con
ceditꝭ: qn̄ ſicut illi ꝓmiſſū ē i etna pa
tria collocabitꝭ Coll. Nos igitꝭ fr̄es
chariſſimi q̄diu nob ſupeſt vita mēn

diabijciamus opa tenebraꝝ: deſpicia
mus mūdū cū delectatiōib⁹ ſuis. q̄ti
nus īherēdo ſācte ꝯuerſatiōi talē dī
adiuuāte gr̄a poſſim⁹ ducē vitā in h̄
mōꝛtli corꝑe: vt p⁹ hāc vitā pn̄tē āte
ꝯſpēm et̄ni iudicis: ꝯſeq̄mur et̄ nāꝝ
et et̄ne vite ſaluationē. ad quā nos ꝑ
ducē dignet̄ ipe pijſſim⁹ dn̄s nr̄ Jeſ
chr̄s. cui ē hōr ꝛ glā i ſecula. ſe. Amē

# Deus in nomie

Titulus In finē ꝓ carmib⁹
intellect⁹ dd̄ cū vēiſſēt ziphei ꝛ nūci
aſſēt Saul Nōne dauid abſcōdit⁹ eſt
apud nos? Hu. Iſte titul⁹ ſumit̄ de
hiſtoꝛia q̄ ē pmi Regū xxiij: ꝛ xxvi.
Nō q̄ ps iſte agat d̄ hiſtoꝛia illa: ſed
q̄ agit de myſtē̄io illi⁹ hiſtoꝛie. Dic ei
dauid fugiēs a facie Saul q̄ cū pſeq̄
bat̄: latuit inter zipheos: ꝛ illi ꝓdi
derūt eū Sauli ad īficiēdū. Sic et
boni ī h̄ mūdo latēt int̄ malos q̄ flo
rēt: ꝛ ab eis fatigāt̄. Eſt ḡ ſēſ⁹ h⁹ titu
li In h̄ ps° oñdit̄ itellect⁹ Dd̄ ꝓhē
vel cui⁹libꝫ fidelis. Intellect⁹ dico ha
bit⁹ ꝓ eo q̄d fc̄m ē cū vēiſſēt ziphei ꝛ
nūciaſſēt ſauli. Ziphei iterp̄tāt̄ floꝛē
tes. Per h̄ ei itelligit̄ q̄ peccatoꝛes
floꝛētes in h̄ mūdo: nūciāt Sauli .i.
moꝛti vel diabolo bonos latē int̄ ma
los. quē intellectū hn̄t q̄ mētis aciē
intēdūt ī finē .i. i coꝝ nouiſſima. vide
lꝫ: ad quē finē iniqui floꝛētes ſēt vētu
ri. Et iō itelligētes coꝝ falſā felicita
tē eīminādā: ſꝑ ſt in carmib⁹ .i. i laudi
bus Aug. Quib⁹ laudib⁹? Dn̄s de
dit. dn̄s abſtulit: ſicꝫ dn̄o placuit ita fa
ctū ē: ſit nomē dn̄i bn̄dictū. Si pſal^m
intelligē volum⁹: īueniam⁹ ī gen̄e hu
māo h̄ dd̄ abſcōditū ꝛ latētē: ꝛ īueni
am⁹ ei aduerſarios floꝛētes. Attēde
dauid latētē. Moꝛtui ei eſtis: dic apo
ſtol⁹ mēbris chr̄i: ꝛ vita vr̄a abſcōdi
ta ē cū chr̄o ī deo. Iſti ḡ latētes quā
do erūt floꝛētes? Cū chr̄s īquit appa

ruerit vita veſtra. tūc ꝛ vos appare
bitis cū ipſo ī glā. Et tē iſti ziphei are
ſcēt. Hie. Sicut herba q̄ hodie viri
dis videt̄ eē vſq̄ꝗ venit hyems: ſic
peccatoꝛes q̄ ſperāt ī diuitijs ꝛ gloꝛiāt̄
ī vanitatibus ſeculi vidēt̄ nūc floꝛe:
ꝛ ī die iudicij areſcēt atq̄ꝫ igni īſer
uāt̄. Iſti deputāt̄ ad penā: ꝛ ſcī ad re
gnū Aug. Iſta duo genēa hoim di
ſtiguē debetis: ꝛ coꝝ alterū eligere.
Quid ei noſſe tibi ꝓdeſt: ſi eligere pi
ger es? Equidē nūc eligēdi facultas
adiacet: veniet tp̄s qn̄ tibi ptās deē̄it
eligēdi. cū iā de⁹ ſn̄iaꝫ nō differt iudi
cādi: Sed multi filij lucis infirmi. cū
viderint felicitate floꝛē malos: di
cūt apud ſeipos Quid mihi ꝓdeſt i
nocētia? Quid mihi q̄ deo ſeruio: q̄
mandata eius cuſtodio: q̄ nemini
iniuriam facio? Ecce hec omnia fa
cio: ꝛ floꝛent illi: ꝛ ego laboꝛo. Sed
intellige q̄ lꝫ nc̄ floꝛēt in ſeculo: are
ſcēt tamē in iudicio: et p⁹ ariditatē ī
ignē mittent̄. Ignoꝛas q̄ de⁹ tu⁹ ad
te vēiēs. tibi ꝓmiſit q̄ ꝑ multas tri
bulatiōes oꝫ te itrare ī rgnū dei: ſic h̄
in ſeipo oñt. Si flos et gloꝛia ziphe
oꝝ: amatoꝝ videlꝫ mūdi appetēd⁹ eſſꝫ.
ipe dn̄s tu⁹ nōne ī h̄ ſeculo floꝛuiſſꝫ?
Maluit eī int̄ zipheos latere: ꝛ dicē
pōtio Pilato int̄rogāti de regno ei⁹
Regnū meū ñ ē de h̄ mūdo. Ergo h̄
latebat: ꝛ oēs boni latēt h̄: q̄ bonuꝫ
coꝝ int⁹ ī coꝛde coꝝ ē: vbi fides: vbi
charitas ꝛ ſpes ac ceteꝛ v̄tutes abſcō
dūt̄. ꝛ hoꝝ bonoꝝ merces latet: ſꝫ ap
parebit cū venēit fili⁹ hoīs ſepare o
ues ab hedis: bonos a malis. Tunc
ziphei ad ſiniſtrā ſtātes ſero penite
būt ſe ī d̄licijs h⁹ ſeculi floꝛuiſſe. Si ti
bi aliqua ſeculi ſblimitas cōpetat: ob
ſerua ī occulto v̄tutes tuas: ꝛ foꝛas
de ſblimitate noli extolli. Nā ſi ex il
la vel de ſeculi ꝓſpitate clar⁹ fueris. ca
des ī floꝛes zipheoꝝ. Aug. Attēde

ꝙ Heſter regīa dep̄cās ꝓ liberatiōe
populi ſui cepit orare. ⁊ i illa orōe cō
feſſa ē illa oīa īſignia r̄galia ſic ſibi eſ-
ſe velut pānū meſtruate. Et ſi h̄ mu
lier iudea potuit. nō poterit eccīa chri
ſtiana? Ipa igit̄ eccīa .i. popul⁹ fidel̄
p̄cat̄ ne eū inimici fortiſſimi grauare
p̄ualeāt: dicēs.
Deus i noīe ꝗd ē Jeſus .i. ſalua
tor ſaluū me fac. qui dicat ſalua me ī
tua paſſiōe ⁊ in v̄tute tua .i. ī mia
tua. Cū ei v̄t⁹ dei p̄ ſe ponit̄: intelligi
tur mīa. ꝙ ꝓpriū dei ē miſereri et par
cere iudica me iudicio diſcretiōis
.i. ſepa me a zipheis: h̄ ē a mal̄. Et o
tu Deus q̄ es verax ī ꝓmiſſis exau
di orōem meā. mētalē p̄ quā p̄cor in
noīe tuo ſaluari auribꝰ clementie
p̄cipe v̄ba oris mei .i. orōez meā vo
calē Juſt⁹ orat itus ī corde ꝓpt̄ ſe: et
orat exterius voce ad excitatioēm de
uotiōis: tā ꝓ ſe q̄ ꝓ ꝓximis ſuis Po
ſtea ſubiūgit cāꝫ quare ita ardenter
petit ſaluari ⁊ exaudiri. Prima ē. ꝙ
hꝫ hoſtes crudeles Vn̄ dic̄ Qm̄ ali
eni nō natura: ſꝫ vita et moribꝰ: vt
ſūt mali ⁊ falſi fratres inſurrexerūt
aduerſū me .i. ꝯ me: ad ꝑſequendū ⁊
diffamādū me et fortes i malo vide
licꝫ ꝑſecutores et demōes q̄ſierunt
aīam meā ad decipiēdū ⁊ ꝑdēdū me
Cauſā quare ad h̄ mouētur ſubiun-
git: dicēs ⁊ nō ꝓpoſuerūt deū āte ꝯ
ſpectū ſuū Aug. ꝙ āte ꝯſpectū ſuū
nō ē niſi ſeculū Quō cumulet̄ nūm⁹
ſup nūmū: quō augeāt̄ greges: quō ī
pleātur apothece: quō dicat̄ aīe: hēs
multa bona, iocūdare: epulare: ſaciare
Caſſ. Perditi āt ideo nō ꝓponūt de
uꝫ āte oculos ſuos. ꝙ ignorare illum
credūt q̄ mēte ſcelerata cōcipiūt. hec
ē pia orō qua deſiderabat audiri: ne
illi ꝑmitterētur ſuas volūtates effi-
cere q̄s cōſtabat deū ante oculos nō
habere Ecce eī deꝰ adiuuat me. Au

Oēs ei ſācti adiuuāt̄ a deo: ſed itus
vbi nēo vidꝫ. Quō eī magna ē pena
impiorꝫ cōſciētia: ſic magnū gaudiū
piorꝫ ipā cōſcīa Nā glīa nr̄a hec ē: ait
apl's teſtioniū cōſcie nr̄e Quō te ad-
iuuat? ⁊ dn̄s ſuſceptor ē aīe mee
Caſſ. ꝙ nō ſolū ī laboribꝰ adiuuat: ſꝫ
etiā a peccatis oibꝰ miſeratꝰ abſoluit
Et intuere ꝙ dicit: aīe mee. vt ſi cor
pus ꝑiculis exponat̄: aīe tn̄ ſalꝰ ille-
ſa ſeruet̄ Auerte mala inimicis meis
Nic. i. auerte a me mala ab inimicis
meis ꝯ me cogitata. ⁊ ꝯuerte ſup eo
rū capita ſm̄ ꝙ dr̄ Prouer. xi. ca. In
inſidijs ſuis capient̄ iniq̄ Vn̄ ⁊ trāſ
latō hebraica hꝫ. redde malū īſidiato
ribus meis ⁊ ī v̄itate tua q̄ r̄ddes
vnicuiqꝫ ſm opa ſua Diſꝑde illos
Aug. Iſti florēt felicitate ſecl̄i: ꝑeūt
v̄tute dī: florēt ad tp̄s: ꝑeunt ī etnū:
florēt falſis bonis: ꝑeūt veris tormē
tis Nic. Diſꝑde ꝗ illos ī die iudicij
in tua iuſticia vīdica: diabolū videlꝫ
⁊ mēbra eiꝰ Et vt dep̄catio ſit magis
exaudibilis: ꝓmiſſionē dō fac̄: dicēs
Voluntarie Aug. i. nō coacte. ꝙ
vt ait Auguſt nō placēt deo coacta
ſeruitia ſacrificabo tibi ſacrificium
boni opis: videlꝫ ſacrificiū iuſticie.
Caſſ. Sacrificare āt volūtarie dn̄o.
ē puritatē bone volūtatis offerre: et
ꝓpt̄ hoc tm̄ illū colere: timē vel amaē
ꝙ deꝰ ē: ꝙ creator: ꝙ rex oīm piꝰ ꝓ-
bat̄ eſſe diſpoſitor Aug. Ipꝫ āt gra
tis dilige: ꝙ melius ab eo n̄ inuēis q̄d
det: q̄ ſeipm̄ det Caſſ. Sacrificant
etiā ⁊ volūtarie dō. qui int̄ anguſtias
paſſionū ingit̄ grās agūt: ſic ſāctus
Job feciſſe memorat̄ Seq̄t̄ et confi
tebor noī tuo dn̄e qm̄ bonū ē Ni.
.i. ꝯfitebor cōfeſſiōe laudis bonitatē
quā mihi exhibuiſti. ⁊ h̄ bonū ē Caſ
Nā illū velle laudare ineſtiabile bo-
nū ē. ꝙ liberat ab oī malo Vn̄ ſbdit.
Qm̄ ex oīi tribulatiōe eripuiſti me

ex omni videlȝ populo. piculo aīe q̃d
vtiq̧ in h̄ mūdo accidere nō pt. niſi
eis qui ī dilectiōe dñi pſiſtūt Nic Lec
ſup inimicos meos deſpexit ocul⁹ me⁹.
.i. p nihilo cōputaui coꝝ inſidias ꝯ
me: confidēs de tua bonitate: non de
meis mēitis vel ꝟtute: illos ziphcos
deſpexit oculus me⁹ Aug. Florem
illoꝝ trāſiui: altitudinē cordis ad te
leuaui; ꝛ puenīēs ad te vidi: ꝙ omīs
caro fenū: ꝛ gloria hoīs trem q̄i flos
feni Hoc agite fres cū amicis veſtris.
erigite corda vr̄a. diſcite gratis dili
gē deū. diſcite pn̄s cōtēnere, ſeculuȝ.
diſcite voluntarie ſacrificare hoſtiaȝ
laudis: vt trāſeūtes vanā gloriā hui⁹
ſeculi, reſpiciatis ad quē finē amato/
res ſeculi vētiri ſunt. Caſ. Supplic
catio iſta ꝓphetica ē ſce depcatiōis:
deuota ſimplicitas: vltimuȝ vite nr̄e
tradidit exemplū. vt q̄n a ziphcis .i. a
mūdi iſti⁹ florētib⁹ ī grauamur: nō ad
ꝯtētiōes leuiſſimas incitemur: ſȝ vo/
lūtarie dño ſacrificātes. ei⁹ beneficio
ab oī tribulatiōe libēmur. Cōtēdam⁹
illi veriſſime cōfiteri. vt iam grauati a
nr̄is pccīs mēamur abſolui. Magna
prorſus forma petitiōis expſſa ē: vt
imminētib⁹ q̄buſlibȝ piculis trāqllo
ꝛ ꝯfidēti aīo ſupplicem⁹: q̄m nouit il
le nos ab oīb⁹ tribulatiōib⁹ eripe. ſȝ
tn̄ ħ nob intelligit expedire Nos ei
q̄d orem⁹: ſic oȝ neſcim⁹: q̄s ꝛ ignorā
tie tenebroſe circūdāt: ꝛ noxia pecca
ta ꝯfūdūt Col. Ergo chariſſimi ad
ipm (i cui⁹ noīe credim⁹ ſaluari) cuȝ
fiducia accedētes: hūilit depcemur.
quatinus eius adiutorio a tribulati
onibus mūdanis eripiamur: et queȝ
mēte ſeqmur ī terris: ipm ī celeſtib⁹
vidē mēamur qui eſt benedictus in
ſecula ſeculoꝝ Amē

# Exaudi ds̄ ora

tionē: Titul⁹ In fine ps in
carminibus intellect⁹ Dauid Au.
Per dauid intelligit hic ecc̄ia q̄ ē ꝯ
gregatio fideliū: q̄ h̄ clamat ad deum
ꝓpter miſerias q̄s patit ab hoſtibus
tā viſibilib⁹ q̄ȝ inuiſibilibus Sed q̧
p iſtas miſerias exercet ꝛ ꝓficit ī vir
tute et gr̄a Jdō reddit gr̄as deo de
ipſis miſerijs vt pȝ ī titulo. Cui⁹ iſte
ſenſus hic oſtēdit Jntellect⁹ dauid .i.
ecc̄ie intelligētis miſerias ꝛ tribulati
ones in quib⁹ ē. Plāgit ei inter ma/
la ſeculi. ꝙ mūdus nō ē locus gaudij
ſȝ meroris. hoc tn̄ ītelligit ecc̄ia ī car
minib⁹ .i. ī laudib⁹. ſicut Job q̄ ī tribu
lationibus benedixit dñȝ: ſi tn̄ acies
mētis dirigit ī finē .i. ī chr̄ȝ Caſ. ad
quē conſtat quicquid fideliter ac re/
cte agimus ſine dubitatiōe referēdū
Au. Jntēdit ei hic pſalmus monē
bonos vt mala pn̄tia attēdāt. ꝛ inter
ea plāgāt: vidētes iſtā regionē nō eſ
ſe locū gaudēdi: ſȝ gemēdi Col. Qui
quidē ps in pſona chr̄i de ei⁹ paſſiōe
ꝛ rſurrectiōe a Herony. ꝛ Caſſiodo.
exponit Sed ab Auguſt. magis ī p/
ſona ecc̄ie vel fidelis tribulati videt
expōit⁹ Secūdum quē modū h̄ pſal
mus ē vox ecc̄ie vel tribulati fidelis
orātis atq̧ dicētis. Aug.
Exaudi ds̄ orōēȝ meā. vt obtinē
dis bōis. ꝛ ne deſpexeris depcatōēȝ
meam. de malis amouēdis Caſſ.
Poterit ei exaudiri prius et poſtea
deſpici. quod euenit eis q̄ mundi iſti
us bona deſiderātes accipiūt que p/
cant. ꝛ tn̄ poſtea deſpiciunt. ꝙ neq̧q̄
etna p̄mia q̄ſiert. Petr⁹ cātor pari
ſienſis. Et ꝙ ſepe repetenda ē orō: ad
dit Jntēde mihi. videlȝ orāti. ꝛ exau
di me. dādo q̄d poſtulo Cām ꝟo ſue
orōis oñt dicēs Cōtriſtat⁹ ſū ī ex
ercitatiōe mea Aug. Eſt ei exerci
tatio corpis: vt ī pegrinatiōe ꝛ ieiu/
nio Eſt et alia interior: q̄ ē pietatis ꝛ
mie De his duabus dicit apoſtolus

primo ad Thimotheũ.x. Exerce te
ipm ad pietatẽ Nã corpalis exerci/
tatio ad modicũ vtilis ẽ Tercia ex/
ercitatio ẽ i tribulationib⁹ de qua h
loquitur Oz enim nos hic cõtriſtari
ſi velimus in futuro ad leticiam trãſ
ire. Omnes ei motus a ꝯrio i ꝯtriũ
ſũt. Eligat igĩ hic vnuſquiſqꝫ q̃d vo
luerit: leticiã et triſticiã. ꝙ hic ad ſuũ
ꝯrium trãſiturus ẽ Unde Joh .xv.
Mundus ãt gaudebit: vos ãt cõtri
ſtabimĩ: ſꝫ triſticia vr̃a vtẽt i gaudiũ
Et Luc.xi. Ue vobis qui nũc ride
tis ꝙ flebitis Col. Nec ſolũ cõtri
ſtatus: ſed et cõturbatus ſum cor/
pore et aĩa a voce inimici obloquẽ
tis mihi et ꝯdicẽtis z a tbulatiõe
peccoris affligẽtis me Aug. Ne pu
tetis gratis ee malos i h mũdo. z ni
hil boni de illis agere deũ. oĩs mal⁹
aut ideo viuit vt corrigatur: aut ido
viuit vt per illũ bonus exerceat̃ ad
tolerãtiam. Utinã ergo qui nos mõ
exercent cõuertãtur z nobiſcũ exer/
ceãtur. tñ q̃diu ita ſt̃ vt exerceãt nõ
eos oderim⁹. ꝙ i eo ꝙ q̃s eoꝝ mal⁹ ẽ
vtꝝ vſqꝫ in finẽ pſeueratur⁹ ſit: igno
ramus. Et pleꝝqꝫ tibi videris odiſſe
inimicũ. fratrẽ odiſti z neſcis Diabo
l⁹ et ãgeli eius in ſcripturis ſcĩs mãi
feſtati ſunt nobis ꝙ ad ignem eternũ
deſtinati ſũt: ipoꝝ tm̃ deſpanda ẽ cor
rectio: ꝯ q̃s hẽmus occultã luctã Ec
ce ei breuit̃ audite z ĩtelligite ſi bon⁹
es inimicũ nõ hẽbis: niſi malũ Por
ro tibi ea bõitatis regula pfixa ẽ: vt
imiteris bonitatẽ pr̃is tui: q̃ ſolẽ ſuũ
oriri facit ſup bonos z malos: hoc ẽ
vt vicas i bono malum: benefaciẽdo
inimicis vel orãdo pro ipis. Hu.
Nec mirũ ſi cõtriſtat⁹ ſum Q̃m ipi
inimici declinauerũt i. intorſerũt i
me p detractionẽ et oblocutionem
iniq̃tates q̃ tñ eoꝝ erãt z nõ mei.
ꝙ falſe me ĩculpauerũt z i ira h ẽ

in malo ſuo z nõ meo merito moleſti erãt mihi h ẽ: ſeuiebant i me ſine
rõne. Au. Duos inimicos ꝯſtitue
tibi ãte oculos. vnũ aptum: alterũ oc
cultũ. Aptũ hoĩez: occultũ diabolũ
Unũ vide: alterũ intellige/ vnũ dili
ge: alterũ caue Inimicus quẽ vides
in te vult humiliare: vñ vicit̃ Uerbi
gr̃a Si in diuitijs tuis vicit̃: paupe
rẽ te vult facẽ. ſi hõre tuo vicit̃: abie/
ctũ te vult facere Ea g̃ q̃ attendit i te
vult deijcẽ vel auferre q̃b⁹ vincitur.
Et ille occultus tu⁹ ĩimic⁹ illud tibi
vult tollẽ vñ vicit̃: hoc ẽ dilectionẽ
inimici. Si diligĩ apte ſeuiẽs: vict⁹
ẽ occulte ſeuiẽs Et ꝙ ĩimici mei ſe
uiẽdo moleſti ſũt mihi Hug Cor
meũ ꝯturbatũ ẽ int̃ me h ẽ q̃d alibi
dicit̃ Turbatus ẽ p ira ocul⁹ meus.
Acſi dicat Ocul⁹ rõis mee turbatus
eſt ꝓpt̃ moleſtias quas mihi inferũt.
Nec tñ ẽ hec cõturbatio ex̃ me qua
ſi vſqꝫ ad vĩdictã vt vellẽ r̃ddẽ malũ p
malo z ꝙ ſic commot⁹ ſũ ꝯ malos
formido mortis cecidit ſr̃ me i. ti
meo incurrẽ fratñũ odiũ q̃d ẽ mors
aĩe. ſicut pma Jo.iij. Qui odit fratrẽ
ſuũ homicida ẽ Timor anie z tre
mor mortis venerũt ſup me id ẽ
circũdederũt z contexerũt me tene
bre i. tenebroſi peccatores Uñ apo
ſto. ad Eph.v. Fuiſtis aliq̃n tenebre
Et ꝯſtitutus ĩter has cõturbati
ones dixi i. deliberando optaui
q̃s dabit mihi pẽnas? virtutũ Hier.
Eccĩa duas pẽnas hꝫ: videlꝫ duo p/
cepta charitatis. dilectionẽ dei ſcꝫ et
ꝓximi Hug. Et addit ſic colũbe
i. mihi i hac ꝯturbatiõe gementi ſic
colũba q̃ gemitũ hꝫ p cãtu. Colũba
amat ſocias ſuas. z gemit tamẽ inter
eas Colũba a moleſtijs querit auola
tionẽ: ſed nõ amittit dilectionẽ. Sic
iſte vir ſcũs moleſtijs maloꝝ pturba
t⁹ fugã querit dicẽs et volabo et

ꝑturbationē maloꝝ. et eẽ tumult⁹ ſe
cularium negocioꝝ. ꝛ requieſcam? Ji
ẽnqllitate mẽtis guſtãdo ꝙ̃ ſuauis ẽ
dñs Aug. Exurgit pleꝝꝙ̃ in aio
ſerui dĩ deſideriũ ſolitudĩs. nõ ob ali
ud niſi ꝑpt turbã ẽbulationũ atꝫ ꝑpt
mores ꝑuerſos maloꝝ. Et dic̃ Quis
dabit mihi pẽnas vt euolẽ? Cõuitia
hoĩm ferre nõ poſſũ. ꝑturbãt me: ſtri
dent ſup me dẽtib⁹: accẽdunt ĩ iracũ/
diã: iterficiũt aĩam meã. ꝓdeſſe illis
nõ poſſum ṽbis meis ꝛ collocutiõe.
Utinã requieſcã alicubi ſepatus ab
eis corpe: ſed nõ amore. forſitã ꝓdco
cis orãdo. ne ꝓximi dilectio in me cõ
turbet. Dicũt iſta hoĩes. ſꝫ pleꝝꝙ̃ ligã
tur ita officio vel cura vt volare ñ
poſſint. Si ſic ligãt: dicãt cũ aplõ De/
ꝑabã diſſolui et eẽ cũ chr̃o: ꝛ h̃ opti
mũ. manẽ ãt ĩ carne nẽariũ ꝓpter vos.
Colũba delicata religata affectu: nõ
cupiditate. volare nõ poterat ꝑpt im
plẽdũ officiũ. nõ ꝑpt ꝑuũ meritũ. tñ
deſidẽrĩ ĩ corde nẽe eſt vt ſit. Non
ãt deſunt ꝑſecutiões: ꝙ̃ verꝫ ẽ illud.
Oẽs q̃ volũt pie viuẽ ĩ chr̃o Jeſu ꝑ/
ſecutionẽ patiunt̃. Jn oĩ ꝯgregatiõe
multitudĩs nẽe ẽ vt ĩueniantur mali.
Attẽde cõſolatorem regẽ noſtrum
chr̃m creatũ eſſe iter nos. Attẽde qa
duodecĩ ſuis miſcuit vnũ quẽ patere
tur. Deus eĩ q̃ nouit exercẽdos nos
miſcet nobis: ꝛ nõ ꝑſeueraturos. aut
certe ita ſimulatos vt nec ĩchoauerĩt
ĩ q̃ ꝑſeuerare deberẽt. nouit eĩ nẽariũ
eſſe nobis vt feram⁹ malos. ꝛ ꝓficiat
ꝙ̃ boni ſum⁹. Diligamus ĩimicos. cor
ripiamus: caſtigem⁹: et excõicemus.
vt cum dilectione a nobis etiam ſe
paremus. Jtaꝙ̃ ne amittã dilectiõis
vitã: qs dabit mihi pẽnas ſicut colũ/
be: ꝛ volabo: et requieſcã? Quo itur⁹
es? Quo volatur⁹? aut vbi reqetur⁹?
Ecce elõgaui me. fugiẽs ꝛ manſi ĩ
ſolitudĩe. Jn qua ſolitudĩe forte fu/
gies? Jn ſolitudĩe: hoc ẽ: ĩ cõſciã: quo
nullus hoĩm ĩtrat: vbi nemo tecũ ẽ:
vbi tu ꝛ de⁹ es. Et ſi ſolus es ĩ conſci
entia: nõ tñ ſolus es ĩ charitate. Dile/
ctio ꝓximi te cõturbat. cum q̃ cũ in/
firmat̃: infirmaris. cũ q̃ cũ patit̃: ꝯpa
teris. Sic ꝙ̃ ꝛ ſi int⁹ conſolaris ĩ cõ
ſciẽtia. forinſecus conturbaris. nam
tribulatiões ñ te relinquẽt. Qua ꝑpt
fidelis nõ ſpũ vidicte: ſꝫ zelo iuſticie
declarãs venenoſũ ꝑiculũ latẽs ĩ pri
uati ĩimici corde. ꝛ cõſiderãs fortitu
dinẽ ꝑſecutoꝝ clamat ad deũ dicẽs:
Exaudi o de⁹ pr̃ ꝓ ꝑplõ tuo orõez. ꝙ̃
de⁹ aliq̃ꝝ orõez audit ꝛ ãnuit. ꝛ q̃ꝝdã
audit ꝛ auditas deſpicit: vt illoꝝ q̃
tpalia petũt ad voluptatẽ. ſm̃ illd̾ Jpe
pluit illis mãna ad mãducãdũ. Et p⁹
pauca addit. Eſce erãt adhuc ĩ ore eo
rũ. ꝛ ira dei aſcẽdit ſup eos. Et ideo
orãdũ ẽ ne d̾ſpiciat orõez nrãz. Eccl.
xxxv. Nõ deſpiciat dñs loq̃lã pupil
li cũ effudẽit q̃relã gemit⁹. Col. Gre
go: ĩ libro q̃rto moraliũ hũc ṽſiculũ
ſic exponit. Fugiẽs ſe elõgat, q̃ a tur
ba deſideriorũ tpaliũ in alta dei ſe cõ
tẽplatiõe ſblevat. Manet ṽo ĩ ſolitu/
dine. qui ꝑſeuerat ĩ remota mẽtis itẽ
tiõe. Jn ſolitudĩe qppe manẽ ẽ: a ſecre
to cordis deſideriorꝝ ẽrenoꝝ tumult⁹
expellẽ: ꝛ vna itẽtiõe eẽne patrie ĩ a/
morẽ ĩtime quietis anhelare. Oẽs eĩ
qui vel illicita appetũt vel ĩ h̃ mũdo
videri aliquid volunt: dẽſis cogitati
onũ tumultib⁹ in corde cõprimunt̃.
Ali⁹ nãꝙ̃ iuri ſe luxurie ſbdit, atꝫ an
te mẽtis oculos ſchemata. i. figuras
turpiũ ꝑpetrationũ fingit. Et cũ effe
ctus opis nõ tribuit̃. hoc crebri⁹ agi
tur itẽtiõe cogitatiõis: ꝛ anim⁹ ceca
tus occaſionẽ nequiſſime expletiõis
rimat̃. Mens itaꝙ̃ hec q̃ quendã po
pulũ patit̃. qui ĩſolenti. i. fatuo cogi/
tationũ tumultu vaſtat̃. Alius ire ſe
dñio ſtrauit. ꝛ q̃d ĩ corde niſi iurgia

etiā q̄ deſūt pagit.' Hic ſepe pn̄tes i/
iudꝫ:abſētib' ꝯdicit:int̄ ſemetipm cō
tumelias ꝓfert et recipiet Receptis
āt durius rn̄det. ⁊ cū q̄ obuiet null'
aſſit.magnis clamorib' rixas i corde
ꝯponit Ali'iuri ſe auaricie tradidit ⁊
faſtidiēs ꝓpa:aliena cōcupiſcit Hic
pleꝝq̄ concupita adipiſci n̄ valēs:di
eꝫ q̄dē i ocio:nocte ꝟo i cogitatiōe
ꝟſādo.torpet ab vtili ope. q̄ fatigat
illicita cogitatiōe Ali'tyrānidi ſup/
bie ſe ſbijcit:honoꝝ ſblimiū īſulas ap
petit:exaltari ſucceſſibus exq̄rit.to/
tū q̄ q̄d eſſe deſiderat ſibi apd̄ ſemet
ipſū i cogitatiōib' depīgit At ꝯ ſeivi
ri qui nihil hui' mūdi appetūt:nl'lis
ꝓculdubio i corde tumultib' ꝑmunt
Oēs quippe iordiatos deſideꝛioꝝ mo
t' a cubili cordis māu ſcē ꝯſideꝛatiōis
eijciūt Et q̄ trāſitoria cūcta deſpici
ūt,ex his naſcētes cogitationū īſolē
tias n̄ patiunt.ſolā nāq̄ etnā patriā
appetūt Et q̄ nulla h' mūdi diligūt.
magna mētis tnq̄llitate ꝑfruūt Hu.
Cur āt ecc'ia vl' vir iuſt'māſit i ſolitu
dine.ꝯn̄r expōit d. Expectabā eū q̄
saluū me fecit a malignitate ſpūs. h̄
ē ab iordiato tīore ne caderē i deſpa
tionē ⁊ tēpeſtate ſeditiōis maloꝝ
Quoꝝ deiectionē ꝯn̄r.orat d. Preci
pita dn̄e cogitatiōes fraudulosas e/
oꝝ ⁊ diuide linguas eorum .i. diſ
cordare facias eos q̄ i me ꝯſpirāt,et
ꝯcordes ſīt ad nocēdū mihi Gre.xx/
x.moꝝ. Sicut ꝑniciosū ē ſi vnitas de
ſit bonis:ita ⁊ ꝑniciosi' ē ſi n̄ d̄ſit mal
Reꝓboꝝ q̄ppe vnitas bonoꝝ vitaꝫ
tāto duri' īpetit.q̄to ſe ei ꝑ collectio
nē duri' oppōit Hāc vnitatē rꝓboꝝ
ꝑniciosā ſibi Paul' ꝯſperxeꝛat.cū i me
dio ſaduceoꝝ ⁊ phiſeoꝝ deph̄eſ' dice
bat De ſpe ⁊ rſurrectiōe mortuoꝝ e/
go iudicoꝛ Qua nimirꝝ voce,ꝑcuſſā
ꝯ ſeuiciſſꝫ audiētiū turbā diſſoluit.
Cū i duas ptes tumultuātiū m̄ltitu

do d̄idit Paulo via ereptōis apit.q̄
quē ꝯ tba ꝑſequētiū vnita ꝯſtrixeꝛat,di
uiſ a laxabat Si maloꝝ vnitas noxia
n̄ fuiſſꝫ.neq̄ꝗ dina ꝓuidētia gigātiū
turrim p' diluuiū ꝯſtruētiū i tāta di
uerſitate diſſipaſſꝫ Aug. Diſcordiā
igit maloꝝ expto q̄m vidi iniq̄tatē
⁊ ꝯdictiōeꝫ i vrbis i citate
h̄ ē:i mūdo qui ē ciuitas diaboli.cui'
ciues ſīt oēs iniqui ⁊ ꝯtētioſi. Petr'.
cātoꝛ pis In citate d̄i charitas parit
ꝯfēſſionē.i citate diaboli parit ꝯdicti
onē.q̄ die ac nocte .i.aſſidue ſine īt
miſſiōe Hu. circūdabit eā ſup mu
ros ei' iniq̄tas Muri citatis diaboli
ſīt obſtiati ſr̄ q̄s exiſtit iniq̄tas.i.neq̄ꝫ i
uidia q̄ circūdat citatē Vn̄ Aug' ait
Sciēdū q̄ cū ꝑ oē vitiū ātiqui ho/
ſtis vir' hūano cordi īfūdat.malo īui
die tota viſcera cōcutit ꝑpēs Hac ei
Cayn armat ꝯ Abel frēꝫ ſuū.filij Ja
cob ꝯ Joſeph:Judi ꝯ chr̄m:babylo
nij ꝯ Danielē Hic ē ꝟmis qui Jone
hederā ꝯſūit:dū ꝓſpitati alioꝝ īuidē
do d̄trahit ⁊ laboꝛ i medio ei' Ipſe/
quēdo bonos ⁊ iniuſticia q̄ ē cā h'
laboris Et n̄ d̄fecit de plateis ei' vſu
ra ⁊ dol' Ad lr̄aꝫ ei i plateis h' ſecu
li (vbi vēdunt venalia) ꝯmittit vſu
ra ⁊ dol':q̄ aut mercatores putāt ha
bē ꝑciū rei ſue:⁊ tūc vēdūt cū dolo.
aut faciūt credētiā emptorib' ſuis:et
tūc pl' vēdūt rōne tmi ſolutiōis lō
gioris.q̄d ē vſura Aug. Eſt et alia
vſura peioꝛ q̄n n̄ dittis q̄d tibi debe
tur.⁊ tbat ocl's i illo ꝟſu orōis Ditte
nob debita nr̄a.ꝟbū ꝯtūelioſū audi
ſti:vis exigē dānatiōis ſupplicū.iniu/
riaꝝ pugno ꝑcuſſ'es:īfectiōeꝫ q̄ris
vſura mala Hu. P'q̄ egit d̄ mal' q̄
patit ecc'ia vl' vir iuſt' ab aptis īimic.
ꝯn̄r agit de mal' q̄ patit a falſis frib'
q̄ oñt eē itolerabilia multis modis:
dicēs Quoniā ſi inimic' me' publi
c' pccōꝛ maledixiſſꝫ mihi maīfeſte

ſuſtinuiſſē vtiq̃z. ſʒ illud nō poſſū ita
ſuſtinere ꝙ amicus maledicat mihi.
Unde Mich.vij. Inimici hoīs do-
meſtici eius. Et ſi is qui oderat me
ſup me magna locut⁹ fuiſſʒ. i. ꝑ ſup
biā mihi inſultaſſʒ cōminādo. ab ſcō
diſſem me forſitan ab eo. fugiēdo ꝑ/
ſētiam eius Sed ab his qui vidētur
me amare ꝛ tñ inſidiātur mihi ñ poſ/
ſuʒ me abſcōdē. Unde dic̄ btūs Ber
nard⁹ Nūc ī eccīa īpleta ē illa ꝓphe
cia: ecce ī pace amaritudo mea ama/
riſſima Amara pus ī nece martyrum
amarior poſt in cōflictu hēticoꝝ: ama
riſſima nūc in moribus domeſticorū.
q̄s nec fugare nec fugē valem⁹ Tu
vero. a q̄ dolos patior ī abſcōdito.
homo. mecū viuēs. vnanimis. per
ſimulationē. ꝙ videbaꝛ ab alijs quaſi
bon⁹ cū tamē eſſʒ malus. Dux meus.
Aug. ꝙ forte aliquādo p̄ceſſiſti
me: et ſalubre aliq̃d monuiſti me Et
notus me⁹. Hug. Per fidē ꝛ ꝯfeſ/
ſionē Qui ſimul. cōuerſās. mecuʒ
dulces capiebas cibos. euchariſtie ꝛ
doctrine. ī domo dei. i. ī eccīa. Ambu
lauimus cū conſēſu. corꝑalis ꝯuerſa
tiōis Cu iq̃z talis ꝑſecut⁹ es me ꝟb
cōtētioſis: ꝛ prauis morib⁹ Falſi enī
frēs intrāt ſcām eccīam q̄ cum ſimu
late viuūt: quāto familiariores ſūt, tā
to grauius electos p̄mūt. q̄s tñ exem
plo ſuo dñs ſuſtinē docet q̄ Iudā ſuū
cōmēſalē ꝛ traditoreʒ tolerauit. Sʒ
ipi falſi fratres penas eťnas non euā
dēt. ꝛ qui tales ſūt audiāt mortis ſē
tētiā. qua dr̄ Ueniat. i. vēiet. mors
gehēne. ſup illos. quādo eos dā/
natio eťna opiet. ꝛ deſcendāt. i. de/
ſcēdēt. ī infernū viuētes. Caſſ. Ho
vtiq̃z fieri nō pōt vt et moriaꝛ aliq̄s
ꝛ viuus deſcēdat ad inferos: ſʒ h̄ ma/
gis ſpūalit̄ accipiēdū ē Aug. Quid
ē ḡ viuētes? ſciētes ꝙ peūt: ꝛ tñ peū
tes ťreaꝝ deuoratiōe cupiditatū ab/

ſorbenꝛ Hu. Dicitꝛ āt cupiditas ſeu
cor cupidi, īfernus: ꝙ nō pōt impleri
Unde Prouer.xxvij. ſcriptū ē In-
fern⁹ ꝛ ꝑditio nūq̃z īpletꝛ Gre.xviij.
moraliū Ad maioris igitur culpe cu
mulū hoſtes ſuos ſācta eccīa ꝓhibet
ſcire q̄d ſequi debeant. et ſequi nolle
quod ſciūt. mortui ī infernū deſcēde/
rēt. ſi mala neſciēdo ꝑpetrent. ꝙ mor
tui q̄ nō ſētiūt ꝓ neſciētib⁹, viuētes
ḡ q̄ ſētiūt ꝓ ſcientibus poni ſolent.
Cū ḡ ſciūt mala et tamē faciunt: ad
iniquitatis infernū: ac voraginē viuē
tes miſeri deſcēdūt Hug. Quare?
Qm̄ nequicie ſūt in habitaculis. i.
ī ſecreto cordis. eoꝝ. ꝛ ſimiliter. in
medio coꝝ. hoc ē ī apto Nic. Ete
nim tam ope q̄z cogitatione nequitia
pleni ſūt Hug. Eccīa eni vel vir iu
ſt⁹ inter tātas tribulationes eſtuans
ſubiungit: dicens Ego āt. ꝑ memet
ipm ꝛ nō ſicut canonici qui ꝑ vicari
os cātāt. ad dñm clamaui. inť predi
ctas tribulationes cōſtitut⁹ ꝛ dñs
ſaluabit me. a pccōꝛ ab inferno. Et
ꝓpter hoc ne de ingratitudīe poſſim
argui Ueſpe. ꝛ māe et meridie. Ue
ſpe. i. ī ſenectute. mane. i. pueritia. me/
ridie. i. in iuuētute. q̄i dicat. Dī tpevi
te mee. narrabo ꝛ āñūciabo. diuina
beneficia mihi collata Nic. Uel ve
ſpe et mane ꝛ meridie. videlʒ tribus
vicibus ꝑ diē narrabo. i. orōēs ꝛ lau
des dicaʒ domino. ſicut de Daniele
legitur Danielis ſexto. ꝙ tribus par
tibus in die adorabat deum contra
hieruſalem. Hug. Et exaudiet
vocem meam. id ē orationeʒ meam
de qua ſubditur. Redimet in pace
animam meam. In pace anima re/
dimitur. quando de vitijs ad virtu/
tes: ſiue de h̄ mūdo ad celeſtē pāīā
per dei grāʒ ꝛ miāʒ ťnſfertꝛ Chr̄s in
primo aduentu redemit eam a culpa.
in ſecundo aduentu, redimet eam

